



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5. Vtrum opera mortificata per peccatu[m] per p[er]nitentia[m] reuiuiscant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

ARTICVLVS V.

Vtrum opera mortificata per peccatum, per penitentiam reuiuiscant.

AD QUINTVM sic proceditur. Vt, q̄ opera mortificata per peccatum, per penitentiam non reuiuiscant. sicut n. per penitentiam subsequentem remittuntur peccata præterita, ita etiam per peccatum sequens mortificantur opera prius in charitate facta: sed peccata dimissa per penitentiam non redunt, ut supra dictum est. ergo uidetur, quod ēt opera mortificata, per charitatem non reuiuiscant.

T2 Præt. Opera dicuntur mortificari, ad similitudinem animalium, quæ moriuntur, ut dictū est: sed animal mortuum, non potest iterum uiuiscari. ergo nec opera mortificata possunt iterum per penitentiam reuiuiscere.

T3 Præt. Opera in charitate facta, merentur gloria secundum qualitatem gratiae vel charitatis: sed quoniam per penitentiam hō resurgit in minori gratia vel charitate, ergo non consequitur gloria secundum meritum priorum operum. & ita uidetur, quod opera per peccatum mortificata, non reuiuiscant.

SED CONTRA est, quod sup illud Iocel. 2. Reddam uobis annos, quos coemidit locusta, dicit * gl. Non patiar perire ubertatem, quam cum perturbatione animi amissi: sed illa ubertas est meritum bonorum operum, quod fuit perditum per peccatum. ergo per penitentiam reuiuiscunt opera meritoria prius facta.

RESON. Dicendū, quod quidā dixerunt, quod opera meritoria per peccatum sequens mortificata, non reuiuiscunt per penitentiam subsequentem, considerantes, quod opera illa non remanent, ut iterum uiuiscari possint: sed hoc impedit non potest, quin uiuiscantur: non enim habent uim perducendi in uitam eternam (quod pertinet ad eorum uitam) solum, secundū, quod actu existunt, sed et postquam actu esse definit, secundum, quod remanent in acceptatione diuina. Sic autem remanet quantum est de se, etiam postquam per peccatum mortificantur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit, & sancti de eis gaudebit, secundum illud Apoc. 2. Tene quod habes, ne alias accipias coronam tuam: sed quod isti, qui ea fecit, non sint efficacia ad ducentum in uitam eternam, p. venit ex impedimento peccati superuenientis, per quod ipse redditus est indignus uita eterna. Hoc autem impedimentum tollitur per penitentiam, in quantum per eam remittuntur peccata. vnde restat, q̄ opera prius mortificantur, per penitentiam recuperant effectum perducendi eum, qui fecit ea, in ultâ eternam, quod est ea reuiuiscere. Et ita patet, q̄ opera mortificata, per penitentiam reuiuiscunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut opera peccatorum transeunt actu, & manet reatu, ita opera in charitate facta, postquam transeunt actu, manent merito in Dei acceptatione. & secundum hoc E mortificantur, in quantum impeditur homo, ne consequatur suam mercedem.

AD SECUNDUM dicendum, quod sine iniustitia potest merces subtrahi merenti, quādo ipse reddit se indignum mercede per culpam sequentem, nam & ea quā homo iam accepit, quandoque iuste propter culpam perdit.

AD TERTIVM dicendū, q̄ nō est propter fortitudo operum peccati, quod mortificantur opera prius in charitate facta: sed est propter libertatem voluntatis, quae potest a bono in malum deflecti.

4.d. 14. q. 2.
2r. 3. o. 1. ht.
d. 2. q. 1. ar.
1. ad 6. E. He
bra. 6. lcc. 1.
& lcc. 3.

q. præc. ar. 1.

art. præc.

glo. interli-
nearis ibid.

D. 951.

AD SECUNDUM dicendū, q̄ opera in charitate facta non mortificantur secundū scilicet (sicut dictū est) sed solū per impedimentū superuenientis ex parte operantis. At alia autem moriuntur secundum scilicet in quantum priuantur principio uite: & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendū, q̄ ille qui per penitentiam refur-

In corp. art.

QVAEST. XC.

surgit in minori charitate, consequetur quidem p-
miū essentiale, secundū quātitatē charitatis, in qua
inuenitur, habebit tam gaudiū maius de operibus
in prima charitate factis, q̄ de operibus quae in secū
da fecit, quod pertinet ad p̄mū accidentale.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per penitentiam subsequentem, etiam opera mortua uiuificantur.

AD SEXTVM sic proceditur. Vñ, q̄ per penitentia
subsequentem ēt opera mortua (q̄ scilicet
non sunt in charitate facta) uiuificantur. Difficilius
enim vñ, quod ad uitam perueniat illud, quod fuit
mortificatum (quod numquam fit secundum na-
turam) quām illud, quod numquam fuit uitium,
uiuificantur: quia ex non uitio, secundum naturam
aliqua uitio generantur: sed opera mortificata, per
penitentiam uiuificantur, ut dicitū est. * ergo multo
magis opera mortua uiuificantur.

Art. præc.

¶ 2 Præt. Remota causa, remonetur effectus: sed
causa, quare opera de genere bonoru sine charita-
te facta, non fuerunt uitia, fuit defectus charitatis &
gratiae: sed iste defectus tollitur per penitentiam. et
go per penitentiam opera mortua uiuificantur.

¶ 3 Præt. Hieronymus dicit, Si quando uideris inter
multa mala opera facere peccatores quēquā, ali-
qua quae iusta sunt, non est tam iniustus Deus, ut p-
pter in ulta mala obliuiscatur paucorum bonoru: H
sed hoc maxime uidetur, quando mala præterita p-
pe nitentiam tolluntur. ergo uidetur, quod post
penitentiam Deus remuneret priora bona opera
in statu peccati facta, quod est ea uiuificari.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ
COR. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes
facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut
ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi
prodest. hoc autem non esset, si saltem per peni-
tentiam subsequentem uiuificantur. nō ergo pe-
nitentia uiuificat opera prius mortua.

RESPON. Dicendum, quod opus aliquod dici-
tur mortuum duplummodo, uno modo effētū: q̄a
scilicet est causa mortis: & secundū hoc opera pec-
cati dicuntur opera mortua, secundum illud Heb.
6. sanguis Christi emundabit conscientias nostras
ab operibus mortuis. hæc igitur opera mortua nō
uiuificantur per penitentiam, sed magis abolentur,
secundum illud Heb. 6. Non rursus iacentes funda-
mentum penitentiab operibus mortuis. Alio mo-
do dicuntur opera mortua priuatiue, t. quia carent
uita spirituali, quae est ex charitate, per quam anima
Deo coniungitur, ex quo uiuuit sicut corpus per
animam: & per hunc modum etiam fides, quae est
sine charitate, dicitur mortua, secundum illud Iac.
2. Fides sine operibus mortua est, & per hunc etiā
modum omnia opera, quae sunt bona ex genere, si
sine charitate fiant, dicuntur mortua, inquantū. s.
non procedunt ex principio uite, sicut si dicamus
sonum citharæ uocem mortuum. Sic igitur differ-
entia mortis, & uite in operibus, est secundum
comparationem ad principium, a quo procedunt,
opera autem non possunt iterum a principio pro-
cedere (quia transeunt) & iterum eadem numero
refundi non possunt. unde impossibile est, q̄ ope-
ra mortua iterum fiant uitia per penitentiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ in rebus natura-
libus, tam mortua, quām mortificata carent prin-
cipio uitæ: sed opera dicuntur mortificata non ex
parte principii, ex quo processerunt, sed ex parte

ARTIC. VI.

F impedimenti extrinseci mortua autem dicuntur
ex parte principii: & ideo non est similis ratio.

AD SECUNDVM dicendum, quod opera de gene-
re bonorum sine charitate facta, dicuntur mortua
propter defectum charitatis, & gratiae, sicut prin-
cipiū hoc autem non præstatur eis per penitentiam
sequentem, ut ex tali principio procedant. unde ra-
tio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, q̄ Deus recordatur bo-
norū, q̄ quis facit in statu peccati, non ut remu-
neret ea in uita æternā, qd debetur solis operibus ui-
nis. i. ex charitate factis: sed remunerat ea tempore
li remuneratione, sicut † Gregorius dicit in hom.
de Diuite & Lazaro, q̄ nisi diues ille aliquod bo-
num egisset, & in præsenti seculo remunerationem
aceperisset, nequaquam ei Abraham diceret, Reci-
pisti bona in uita tua. vel etiam hoc potest referri
ad hoc, quod patiatur tolerabilius iudicium. vnde
dicit † Aug. in l. b. de Patientia, non possumus dice-
re, schismatica melius fuisset, ut Christum negan-
do nihil eorum pateretur, q̄e passus est confiden-
do: sed aſtimandum est, d. tolerabilius ei futurum
iudicium, quām si Christum negando, nihil eorum
pateretur, ut illud quod ait Apostolus, Si tradidero
corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem nō
habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnum
cælorum obtinendum, non ad extremiti supplicii. D. 456. b.
iudicium tolerabilius subeundum.

QVAESTIO XC.

*¶ Super Questionem
nonagintaam.*

De partibus penitentiae in generali, in
quatuor articulos divisa.

EINDE considerandum
est de partibus peniten-
tiae.

¶ 1 Et primo in generali.

¶ 2 Secundo in speciali de singu-
lis.

CIRCA primum queruntur qua-
tuor.

¶ 3 Primò. *Vtrum penitentia ha-
beat partes.*

¶ 4 Secundò, *De numero partiū.*

¶ 5 Tertiò, *Quales partes sint.*

¶ 6 Quartò, *De divisione eius in
partes subiectivas.*

ARTICVLVS I.

*Vtrum penitentia debeat partes
assignari.*

AD PRIMVM si proceditur.

Videtur, q̄ p̄nīe non debeat
partes assignari. Sacramenta. n.
sunt, in quibus diuina uirtus se-
cretius operatur salutem: sed uir-
tus diuina est una & simplex. nō
ergo penitentia cuī sit sacramē-
tum, debent partes assignari.

¶ 2 Præt. Penitentia, & est uir-
tus, & est sacramētum: sed ei, in-
quantum est uirtus, nō assignan-
tur partes, cuī uirtus sit habitus
quidā, qui est simplex qualitas
mētis: similiter etiam & penitē-
tia, inquantum est sacramētū, nō
uidetur, q̄ sint partes assi-
gnanda: quia baptismo & aliis sa-
cramētū non assignātur partes.

hom. 46. b.
euang. circa
medium il-
lius.

lib. de pa-
tientia. c. 6
in meo. 4.

D. 456. b.
1142.

4. da 6. q. 1.
ad 1. q. 1. &

1. tenet sacramen-
tum penitentia in-
tegrari ex abfoli-
tione, ut forma, &
confessione, ut ma-
teria: confessionem
uero non ponit eius
partem, sed dispo-
nem prauiam fa-
ciationem autem
pro consequente. Ap-
etor autem, ut patet

in